379

criminis 4 si alter alteri prius aeque vel gravius detraxisset 5 si crimen quod geriptum postea fieret publicum 6 si infamatus aliter famam obtinuisset per sui purgationem, emendationem, per defensionem gravium virorum.

Quid restituendum ex furto? Quae juxta communem, unde 2 2 1 aureum ex quantitate sufficit etiam respectu potentium ad peccatum mortale. Ita dicitur, qui repetitis vicibus uni ipsi modicum furatus est intentione furandi successive magnam quantitatem, singulis furtis peccat mortaliter. 2 si quis modicum successive furetur absque animo magnam quantitatem auferendi, in ultimo furto advertens ad magnam quantitatem peccat mortaliter, et obligatur sub mortali tenetur totam quantitatem restituere. 3 qui plures ex intentione et valde divitiarum modicum furatur, singulis furtulis peccat mortaliter, quia per se tenetur ad restitutionem, quamvis licet singulis non multum incommodi sit, tamen reipublicae magnum damnum ex illatum videtur. Circa hanc pluribus faciendam restitutionem nota, quod saepe difficilis sit, hinc tali a confessario iniungi potest, ut quantitatem oblatam det pauperibus vel ad alias pias causas applicet.

Pro praxi Nota maior debet esse quantitas ad peccatum 2 2 2 mortale, sive furetur successive modica, sive a pluribus simul uni quia si aufferet aureum uni, is graviter sentit incomodum, si aliis simul auffero aureum quia si successive per minuta